

contrà Wesenbec. ac Equinatii Baronis generalem usurpationem non ad usum hodiernum tantum referimus, sed & in jure veterum fundatam esse asserimus perl. 2. §. 23. ff. de orig. jur. l. 5 in princ. C. de juris d. om. jud.

PRACTICORVM OPINIO.

Jurisdictionis generalis significatio nulla est. Accipi tamen generaliter jurisdictione potest, subiecta materia ita suadente & urgente, atque ita latè illa significatio impropria esse dijudicabitur. Et mirum est, quod multi de lata significatione disputerent, cum tamen verba in proprio significatu accipi nihil sit vulgatus: maximè verò in materia, quæ multas difficultates continet. Illa autem significatio magis propria est, & esse censetur, quæ à Justiniano proposita esse videtur. Sanè si merum imperium inspiciamus, quomodo sub jurisdictione comprehendipotterit, cum tamen à jurisdictione planè sit separatum, atque hoc fine etiam merum nuncupetur? Quid, quod à Justiniano in L. b. tit. ubi generalis significacionis fit mentio, planè nihil agitur de mero imperio? Unde consequensest, generalem illam significationem magis rejiciendam, quam recipiendam. Et licet nonnunquam ab Interpretibus adhibeat, qui etiā suā opinionē ex legib. astruere conantur, sciendū tamē est, fieri id magis respectu subiectæ materiæ, quam proprietate vocis. Quod si quando destituamur voce ad exprimenda animi nostri sensa propter inopiā vocabulorū, recurrere solemus ad abusivas & improprias significationes, quæ transitiones sunt, & quædam allusiones ad rem, de qua agimus. Nihil tamen impedit, quò minus à Lexicographis propria illa significatio præmittatur, subnexis metaphoricis & impropriis significationibus. Non igitur illud quærendum, qualiter fortasse pro subiecta materia terminus hinc inde accipi possit (non inquam illud in definitione cu-

B 2 randum)